

August Varenius

**Augustus Varenius, SS. Theol. D. Professor ... ad exequias quas Elegantissimo  
Puello Filiolo Desideratissimo Friderico Davidi Olpenio, Moestissimi Parentes in  
Templo S. Nicolai ... exoptant ... Dominos Collegas & Cives Academicos invitat :  
[P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus nostri V. Non. Maii. a. MDCLXIX.]**

Rostochi[i]: Kilius, [1669]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776205218>

Druck    Freier  Zugang



V a r e n i u s , A . ,

i n

F . D . O l p k e n .

R o s t . 1 6 6 9 .

26.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn776205218/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776205218/phys_0002)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn776205218/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776205218/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn776205218/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776205218/phys_0004)

**DFG**

AUGUSTUS VARENIUS,

SS. Theol. D. Professor, Sereniss. Duc. Me-  
cleburg Consistorii Assess. h. t. Universitatis

Rostochianæ R E C T O R

ad exequias

quas

ELEGANTISSIMO PUELLO,  
FILIOLO DESIDERATISSIMO

FRIDERICO DAVI-  
DI OLPKENIO,

Mœstissimi Parentes in Templo S. Nicolai,  
parant, & quarum cohonestarum causâ, nostri Or-  
dinis, omniumq; Bonorum Civium utriusq; Reipubl.  
frequentiam in templo S. MARIAE paulu-  
lum ante horam I. exoptant.



ar est, autoritate & humanitate  
ibus fulgidissimos Dominos Collegas  
& Cives Academicos invitat.

Matthæi XVIII. 10. 14.

¶ Ne contemnatis aliquem ex parvulis istis! Angeli  
enim eorum in Cœlis, semper intuentur faciem Patris mei,  
qui est in Cœlis. Et non est voluntas coram Patre vestro  
cœlesti, ut pereat unus ex parvulis istis.



ROSTOCHI, Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.





Moenissimum, in quo nunc vivimus, anniversariæ tempestatis articulum, vix quisquam ex ingenti choro Patrum Orator, facundiùs ac venustiùs Chrysostomo, homiliâ ès πν πεόδρομον expressit: οι ἀνηρόπτεροι λειψῶνες ἀνθεπ χειροκέμοις πεποικιλμένοι, δέκαδεσι καλλιπνόνεις κορυφώμενοι, ὅρνεσι καλλιφάνοις κλονέμενοι, καὶ τὴν ἀκοὴν τῶν ἀνθρώπων θελγότοι, καὶ τὴν ὕστερην θάλπυσον. Σὺ δὲ οὐκέτι πάσι χέντοις αὐγαῖς κυκλοπέρως φεισίτιλβοντο, ἀναιλάμενοι εἰς αἰγαλαῖς περιεγυγεῖς ἀντερχόπτοις λαρυκηδόνεις· ἐκεῖ τραυλαῖς λάλων ὄρνιθῶν συριγγώδεσι κλαγγαῖς λιγυρὸν δύπεμπτοι μέλοι. ἐκεῖ ἀνέμων ἐνήχων ζεφυροὶ ἐν ταῖς κυκλόπτοις τὸ ὄρνεων ἐρεζόταις, τὸ κρημνῶν κειλάδας Καλόβουτης, ἐν ἐκένη κιθάρας ὄμοφώνως ἀδεστρῶντος καὶ τὴν ταῖς καλύβαις οἰκεῖτας ποιμένας τε καὶ Βενόμερος, ἐνωλαῖ ἔχοντας τὰ τῶν μετοκῶν ὄρνιθῶν λυρικὰ μελωδήματα, δέσμοις πολυθόγγοις ἀντίμιμα πελαστάταις, καὶ πάντος περπτῆς τῶν καὶ πάσος βοτένης τὰς ἄρνας πασέως φέρειν. Abstinemus interpretatione, quia in Academiâ scribimus, & apud doctos sermones utriusque linguae. Romani olim festum Floræ, Chloridivediæ, floralesque ludos prid. Cal. Maij celebrandos dedicarunt: finixerunt quippe, non ignobilem illam fuisse

fuisse Nympham, Zephyro nuptam, à quo acceperit potestatem in flores, quæque proinde, ut fruges cum arboribus & vitibus bene prosperèque florecerent, anniversariis ludis celebranda placandave esset. Mittimus impura illa sacra, quorum prout origo prostibulo debetur, quod ex arte meretricia (verba sunt Lactantii. I. de fals. relig. c. 20.) scripto populo Romano herede, certam pecuniam reliquit, cuius ex anno fænore suus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos Floralia appellarent, quod quia senatui flagitiosum videbatur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudenda rei quedam dignitas adderetur, atq; sic itum in illud figmentum numinis: ita ipsa celebritas ludorum nefanda & in quâ perpetrata, quæ non solum abhorrebant à Pandectarum sanctissimorum voluntate: sed & ab intonsi Catonis auspiciis veterumque sapientum normâ. Eleganter Lactantius poetam in fastis de Nymphâ Florâ ludentem excusat: *Honestè, inquit, ista dicuntur: sed inhonestè turpiterque creduntur.* Nec debent, cum veritas quaeritur, hujusmodi nos velamenta decipere. Celebrantur illi ludi cum omni lascivitâ, convenientes memoria meretricis. Tacemus, quæ sequuntur, ne vel ex Lactantio describamus ingens scandalum. Nobis placent quidem floralia: sed minimè illa intestabilia (quibus vel in Bructero, illo Floræ die, memoriam servat τὸ ἀνάθητον μέλμα) nec tanti sunt, etsi Creatori cum gratiis solvendis imputanda

putanda, verna præsentia, oculorum philtra, supra  
basilicam Salomonis purpuram venusta, quæ per  
hyacinthos, violas, tulipas, illamque Regalem naturæ  
pompam, Rosam, in sublimi throno, spinarum circum-  
circum satellitio armatam, oculis sele nunc nostris insi-  
nuant, & magis atque magis, quanti flos Saronius, in-  
scriptus nomen: JESUS NAZARENUS, MOR-  
TUUS: SED RESURGENS ET VIVENS IN SE-  
CULA SECULORUM, ET HABENS CLAVES  
INFERORUM ET MORTIS, cuius nunc

Cuncta Redemptor iphæmæ gratantur honores

Inque novos plausus terra polusq; venit

Et faciem surgentis habet, surgamus & ipsi

Turba triumphantem de venerata Deum.

Militat hæc nobis victoria, Tartara nobis

Diruta sunt, nobis mors pede pressa gemit.

Huc ades & Domini propter consiste sepulcrum,

Hoc hominum jacuit vita salusq; loco

Mansoli raceat monumentum Graja vetustas

Nec jacet tumulum Roma superba Numæ

Nec quo condiderit fortissima pectora Paulos

Nec quo Marcellos Scipiadas veloco

Non mihi Pyramidum cantet miracula Memphis

Non Babel moles, nec Rhodos altas uas

Ipsè suum Christus monumentum morte sacravit

Hinc pretium summa nobilitatis habet

Tumba

Tumba Redemptoris salve: te laurus inumbret

Te cingant vernis lilia mixta rosis!

Conditor hæc cœli terræque quievit in urnâ

Maximus hoc Regum marmore septus erat.

Et, ut amoenissimæ sunt veris illæ delitiaæ, stellarū imagines, pratorum risus, roris cœlestis calices, tamen, quam fugax flos ille, & mox interiturus, sic ut inter hujus summa & infima sœpe vix una dies intersit, ipsiusque florum pyropi, hortorum purpuræ, odorum sapphiri, veris oculi, auro Dibaphoque renidentis Rosæ longè brevior nativitate casus sit, nec minus admirationi, quam eminentissimæ quondam in agro Vespasiani lapsus cupressi. Cuncta illa si prælenti Vernis floris tumulo quis accommodet, haut intempestivus æstimator florum fuerit. Natus A. O. R. clœ loc L X V I I .  
XX. JUNII ipso adeò florum; etsi in lapsum his exente tempore, ac mox renatus Infans elegantissimus FRIDERICUS DAVID: sed & biennio minor quippe 21. Martii præsentis anni febrili paroxysmo, variis inde Symptomatis aucto, impetus, succoq; vitali, frustrâ adhibitis medicamentis selectissimis, exhaustus, die 27. April. inter 1. & 2. denatus, quid honoratissimis Parentibus Viro Clarissimo DN. M. THEODORO OLPKENIO, Scholæ Oppidanæ Sub-Rectori & Choriædis Nicol. per XV. annos Inspector fidelissimo, Compatri nobis æstimatissimo, & Lectissimæ  
fuique

suique sexus virtutibus decoratissimæ Matri ILSÆ  
Büthornis / quid Avo Paterno JOHANNI OLPKE-  
NIO Civi Brunsvicensi , & Opificio, Pelliōni , Aviæ  
item maternæ ANNÆ Middendorps / Matronæ ho-  
nestissimæ, quid Avo Materno JOHANNI Büthorn/  
Cellis in Ducatu Lunæburg. sede Serenissimorum Du-  
cum Illustri, Civi haut ignobili, quid Aviæ Maternæ SO-  
PHIÆ Langen / Matronæ quondam dotibus fulgidissi-  
mæ, quid ceteris; si revocandi in scenam fuerint, Ma-  
joribus, aliud nunc appareret, quām pulcherrimi floris  
tumulus? Acclamarent tam illi Cœlo nunc recepti,  
quām parentes mœstissimi, nobiscum illud Jobi c. XIV.  
2.3. Homonatus muliere, brevis est aetate, & satur com-  
motione. Velut FLOS, simul ac egrediens est succiditur, vel  
illud Isaiæ bis accentatum c. XL.7.8. DECIDIT FLOS.  
Ceterū, facit flos Parthenius, flos Saronius, Flos  
Amarantus, ut de nostro quoq; nunc FLORE procla-  
mare cum jubilis possimus: RESURGET FLOS!  
LÆTIUS RENASCETUR FLOS, imo, jam nunc  
redditus est in Golgolthæis graveolentissimis, olim  
svaveolentissimo, nunc in beatorum cœlo, fragrantissi-  
mo flori JESU mortuo & resuscitato. Atq; inde  
Mœstissimi Parentes Odorem vitæ, atque ex fontibus  
salutis aquas cum gaudio haurient, Reputabunt animo,  
quām vel ipsi flores, qui non nent, Deo curæ sint, &  
quām non illorum casus extra providentiam magis,  
quam

quām passerum: Considerabunt, tutissimum mortali-  
bus esse, se suaq; voluntati Patris celestis (cui se totiens  
submittunt, quotiens orant illud: *Fiat voluntas tua!*)  
sine murmure resignare;

Considerabunt illud Senecæ: *Non sollicitæ possunt cūræ*  
*Mutare rati stamina fusi.*  
*Quicquid patimur mor-*  
*tal genus*  
*Venit ex alto*

Quod superest, *Nos ad Rosæ sepulcrum*  
*Et flosculi sepulcrum*  
*Rosasq; flosculosq;*  
*Spargamus, & quietem*  
*Mollem precemur, usq;*  
*Dum flosculus resurgat*  
*Aeterno honore fulgens.*

Et nunc quidem suis dignationibus fulgidissimos  
Omnium ordinum Cives Academicos, ad floris con-  
dendi tumulum, eā quā fas est, humanitate, in  
templum Marianum paulò ante horam I.  
convocamus.

PP. Rostochii sub Sigillo Rectoratus nostri  
V. Non. Maij. a. clc lcc LXIX.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn776205218/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776205218/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn776205218/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776205218/phys_0014)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn776205218/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776205218/phys_0015)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn776205218/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776205218/phys_0016)

**DFG**

suique sexus virtutibus de  
Büthornis / quid Avo Pater  
NIO Civi Brunsvicensi , &  
item maternæ ANNÆ M  
onestissimæ , quid Avo Mater  
Cellis in Ducatu Lunæburg.  
cum Illustri Civi haut ignobi  
PHIÆ Langen / Matronæ qu  
mæ , quid ceteris , si revocan  
toribus , aliud nunc apparere  
tumulus ? Acclamarent tan  
quam parentes mœstissimi , n  
2.3. Homonatus muliere , brev  
motione . Velut FLOS , simul  
illud Isaiæ bis accentatum c .  
Ceterū , facit flos Parthen  
Amarantus , ut de nostro qu  
mare cum jubilis possimus :  
LÆTIUS RENASCETUR  
redditus est in Golgolthæis  
sweiseolentissimo , nunc in be  
finio flori JESU mortuo & re  
Mœstissimi Parentes Odorem  
salutis aquas cum gaudio haur  
quam vel ipsi flores , qui non  
quam non illorum casus exti



the scale towards document

e Matri ILSÆ  
NNI OLPKE-  
Pellioni , Aviæ  
/ Matronæ ho  
NNI Büthorn/  
issimorum Du  
iæ Maternæ SO  
tibus fulgidissi  
m fuerint , Ma  
lcherimi floris  
nunc recepti ,  
Iud Jobi c . XIV .  
, satur com  
st succiditur , vel  
CIDIT FLOS .  
Saronius , Flos  
LORE procla  
GET FLOS !  
no , jam nunc  
tissimis , olim .  
elo , fragrantif .  
Atq ; inde  
ue ex fontibus  
tabunt animo ,  
curæ sint , &  
entiam magis ,  
quam

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 012

Patch Reference numbers on UTT

Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

DFG